Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



qi amittere confidencia vestra
que magna ht remuneracoi. Pa-
tientia enim vobis necessaria est
vt voluntate dei facientes reporte-
tis promissionem. Adhuc et mo
modicum aliquantulum qui venturus
est veniet et non tardabit. Justus
autem meus ex fide vivit. Quod
si subtraxerit se non placebit
anime mee. Nos autem non sumus
subtractionis filii in perditione sed
fidei in acquisitione animae.

a EST autem fides sperandarum substantia rerum ar-
gumentum non apparentium.
Per hanc enim testimonium consecuti sunt
senes. Fide intelligimus aptata
esse secula verbo dei: ut ex in-
visibilibus visibilia fierent. Fi-
de plurimam hostiam abel quam
obtulit deo: per quam testimonium
consecutus est esse iustus testi-
monium perhibente muneribus eius
deo: et per illam defunctus ad-
loquitur. Fide enoch translatus
est ne videret mortem: et non
inveniebatur: quia transtulit illum
deus. Ante translationem enim testi-
monium habuit placuisse deo.
b Sine fide autem impossibile est
placere deo. Credere enim oport
et accedentem ad deum quia est
et inquirentibus se remunerator
sit. Fide. Noe responso accepto
de his que adhuc non videbantur
metuens aptavit archam in sa-
lutem domus suae: per quam damp-
navit mundum et iustitiae que per
fidem est heres institutus. Fide
qui vocatus abraham obedivit in
locum exire quem acceptorus erat
in hereditatem: et exivit nesciens
quo iret. Fide demoratus est
in terra repromissionis tanquam
in aliena: in tabernaculis habitando
cum ysaac et iacob coheredibus
repromissionis eiusdem expecta-
bat enim fundamenta habentem ciui-
tatem cuius artifex et conditor de
c fide. Et ipsa sara sterilis virtute
in conceptione seminis accepit. ex
tra tempus etatis: quoniam fide-
lem credidit esse eum qui repromi-
serat. Propter quod et ab uno orti
sunt: et hoc emortuo tanquam si-
dera celi in multitudinem. et sic
arena que est ad oram maris
innumerabilis. Iuxta fidem defuncti
sunt omnes isti non acceptis repro
missionibus sed alonge eas aspi-
cientes et salutantes: et confi-
tentes quia peregrini et hospi-
tes sunt super terram. Qui enim hoc
dicunt. significant se patriam inqui-
rere. Et si quidem ipsius meminis-
sent de qua exierunt: habebant
utique tempus revertendi. Nunc
d autem meliorem appetunt: id est celes-
tem. Ideo non confundit deus vo-
cari deus eorum. Paravit enim
illis ciuitatem. Fide obtulit a-
braham ysaac cum tentaretur
et unigenitum offerebat in quo
susceperat repromissiones ad
quem dictum est. quia in ysaac vo-
cabitur tibi semen: arbitratus qui
et a mortuis suscitare potens
est deus. Unde eum et in parabola
accepit. Fide. et de futuris be-
nedixit ysaac iacob et esau.
Fide. Iacob moriens singulos fi-
liorum ioseph benedixit: et adora-
uit fastigium virge eius. Fide
ioseph moriens de profectione fi-
liorum israhel memoratus est:
et de ossibus suis mandauit. Fide.